1511. 3. Martij

32

Sigism: I. Rex Polon: Annæ Viduæ Duci Masoviæ raōne juris repressaliorum in graām Nliūm de Rzasinski.

Præclara Dux sincerè nobis dilecta! Expedit Reipublicæ, ut is Conventus celebretur, quem nrō hortatu instituisse se scripsit nobis Vrā præclaritas ad quem mittemus Legatos Nros. Quod scribit Vra præclaritas nihil se debere Nlbūs de Rzasinski, petens, ne contra Ejus subditos jus repressaliorum eis concedamus. Novit Vrā Præclaritas jus ac debitum Offiij Nrī esse, iustitiam unicuique petenti ministrare. Crebris autem querelis eorundem Nliūm pulsati, causam illorum Vræ Præclaritati commendavimus, quæ tamen commendatio Nrā nullum eis fructum nobis verò indignitatem attulit, cum in causa justitiæ ministranda non commendatione, sed imperio ac mandato uti debeamus. Et licet non concesserimus, negare tamen illis noluimus jus repressaliorum, ubi consequi iustitiam non fuerint. Itaqué Vrā præclaritas non transferendo in Nos debiti solutionem, ipsis aut solvat, aut justitiam faciat, et sic subditi Vræ Præclaritatis metu omnī vacabunt. Datum 3. Martij. 1511.